



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 45. Philippus Rex sævam tempestatem eluctatus, atque in Hispaniam delatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

regiminis socium Margaritæ adjecerit Sæcul. XVI.  
A.C. 1559.  
Perrenotum Granvellanum Atrebatensem Episcopum, cui ambo infensi erant, ac vicissim ab eo parvi pendebantur. Nihilominus Rex rebus ita dispositis mense septembri Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo nono in Hispaniam maritimo itinere contendit: ast Laredum prætervectus tam sæva tempestate agitabatur, ut ipse vix portum attingeret: classis vero suæ prætoria navis pretiosa suppellectili onuita aquis submergeretur, ceteræ vero omnes aut disruptæ, aut dissipatæ perirent, excepto illo, quo ipius vehebatur, navigio, quod tamen malo, velisque destitutum adeo dilaceratum fuerat, ut haud amplius usui esse posset.

### §. XLV.

*Philippus Rex sævam tempestatem elulcatus, atque in Hispaniam delatus.*

**N**ihilominus Philippus Rex tandem Strada l.c.  
ad Hispaniæ oras delatus die vigesima Belcar. l.c. quarta septembris Hispalim pervenit, ubi primas, præcipuasque curas suas unice eo intendit, ut Hispaniæ Regnum ab hæresibus recens natis expurgaret, ac Lutheri sectam inde penitus eliminaret, hoc suo zelo summas Deo grates pro

**Sæcul. XVI.** pro accepto beneficio redditurus: certo  
A.C. 1559. enim sibi persuasum habebat, quod ex  
 singulari divini Numinis dispositione, ac  
 præsidio per opem humanas vires exce-  
 dentem mortis periculum eluctatus fue-  
 rit: igitur primo Hispalim contendit,  
 ubi hæresis jam latius serpere cœperat,  
 ac Doctores in Collegio sancti Isidori hac  
 peste infecti ceteros erroneis opinionibus  
 imbuebant.

## §. XLVI.

*Hæretici adventante Philippo Hispani  
 multati.*

*Thuan. l. c.  
 Belcar. tom.  
 l. 28. n. 39.* Itaque adventante Philippo Rege facræ  
 Inquisitionis Judicibus omnes de hæreli  
 suspectos comprehendendi, eorumque cau-  
 fam dijudicari, atque ad rogi supplicium  
 tredecim viros damnari præcepit: hos in-  
 ter præcipuus erat Joannes Pontius Legio-  
 nensis Roderici Pontii Bailenii Comitis  
 Filius tanquam contumax Lutheri Se-  
 ctator combustus periit, eodemque sup-  
 plicio affecti sunt Joannes Consalvus Con-  
 cionator, quatuorque fœminæ Isabella  
 Venia, Maria Viroesia, Cornelia & Bo-  
 horquia: cum vero Væniæ ædes ad  
 eorum conventicula patuissent, hinc ea-  
 dem, qua hæc mulier morti adjudicata  
 est, sententia illius quoque domus so-  
 lo æquata fuit: ceteri vero omnes hæ-  
 refeos rei postea eodem supplicio fuere  
 sublati,